Linea ſūmoꝝ pontificum

Fabianus

Fabianus papa natione romanꝰ ex patre fabio poſt antherū pōtificē duꝫ in via de futuro pontifice deligēdo colloquereť: cōfeſtim diuinitꝰ quedā colūba ſuper caput eius aſtitit ⁊ ſic diuinitꝰ electus: ſtatim ꝑ ſeptē diaconos regiones diuiſit: qui a notarijs martyrū res geſtas colligerēt: ad ceteroꝝ exemplū: qui xp̄i fidē ꝓfitebanť. Idē qꝫ cimiteriū ꝓ dignitate martyrū edificauit. Statuit preterea vt ſingulis q̄buſqꝫ annis ī cena dn̄i criſma renouareť: ac vetus ī eccl'ia cōbureret. huꝰ tp̄e exorta eſt nouaciana hereſis: tandē martyrio coronať vbi ex qn̄qꝫ ordinationibꝰ menſe decēbri habitis. preſbros duos ⁊. xx. diaconos ſeptē. ep̄os vndecim creaſſet. Sepultus eſt aūt ī cimiterio calixti via appia. xiiij. kal. februarij. quo die natalicium eius: vna cū diuo ſebaſtiano celebrať. Vacat aūt dies ſex. Ad hūc magnꝰ ille origenes (m'ltis ſublatis hereſibꝰ) de ordine fidei ſeruādo multa ꝯſcripſit. ſedit annis. xiiij. men. xj. dies. xj.

Conciliū rome. 60. epiſcopꝝ

Sciſma primū cuꝫ nouatiꝰ vrbis rome preſbyter his tp̄ibꝰ eccl'iaꝫ dei ſcindere ⁊ ꝑturbare curauit. iſqꝫ ob cupiditatē ep̄atꝰ oīa diuina atqꝫ hūana miſcebat: ⁊ ne pōtificatꝰ ī manus cornelij q̄ fabiano ſucceſſit deueniret. ab eccleſia ei ſepatꝰ: ſemet ac ſuos id eſt mūdos appellabat. Negabat apoſtatas etiam penitētes recipiēdos eē. Hāc ob reꝫ cōciliū ſexaginta ep̄oꝝ: totidē p̄ſbiteroꝝ cū diaconis pluribus habitū eſt. quo nouacij opinio vt falſa improbať. qd̄ ſaluatoris exemplo nemini penitēti denegāda ſit venia. ⁊ ſic primū romane eccl'ie ſciſma finitū fuit. Alie etiā hereſes huꝰ tp̄ibꝰ pullulare cepere. Origenes eī̄ hereſim quorūdā ſuſtulit: affirmantiū aīos hoīm vna cū corporibꝰ interire. Rurſūqꝫ ī anaſtaſi (quā n̄ri reſurrectionē vocāt) vna cū corporibꝰ ſuſcitari. Suſtulit ⁊ hereſim helcheſatarū qui paulū ap'l'm oīno reſpuūt quiqꝫ aſſerunt negātem in tormētis chriſtū nihil criminis habiturū: modo integri ⁊ recti ſit cordis.

Cornelius

Cornelius papa natione romanꝰ patre caſtino: vir certe eruditiſſimꝰ q̄ multas ſcripſit ep'l'as. vnā ad fabiū anthiocenū ep̄m de ſynodo romano ⁊ italica atqꝫ aphricana. aliā de nouatiano heretico. terciā de ſynodi geſtis. At vo ſub epiſcopatu eius qui apoſtatas recipiendos cenſebat penitentes preſertim nouatus nouacianū extra eccleſiā ordinauit ⁊ ī aphrica nicoſtratū. quāobrem ꝯfeſſores qui a cornelio ſeceſſerāt: cū maxio preſbytero ac moyſe ſentiētes ad eccleſiā reuerſi veri confeſſoris nomen adepti ſunt. verū poſtea inſtantibus hereticis cornelius centūcellas in exiliū mittiť. ad quē cyprianus carthaginenſis ep̄s in carcerem cōiectus l'ras mittit. quibꝰ intellexit ⁊ amici calamitatē ⁊ exilij ſui cōfirmationē. Extant ⁊ alie cypriani ad corneliū ep'l'e plene religionis ⁊ fidei. Priuſqꝫ in exiliū mittiť inſtāte lucina matrona ſanctiſſima corpora petri ⁊ pauli e cathecūbis vbi minus tuta eſſe videbanť noctu leuat. Paulū lucina ī predio ſuo via hoſtieſi collocat vbi interfectus fuit. corneliꝰ petrū vbi crucis martyrū ſubijt. in templo apollīs ad radices aurei montis. iij. kal. Iulij. Cū aūt menſe decembri ſacroꝝ iniciādoꝝ ꝑtātes bis fecit. Decius iratus ſanctiſſimū virū plūbatis cedi atqꝫ deinceps ad templuꝫ martis duci iubet: vt ſimulacrū eius adoraret. At vir ſanctus dum ad ſuppliciuꝫ duciť: oīa bona ſtephano archidiacono cōmiſit. poſt hec tercio nōs maij obtrūcať. huꝰ corpus beata lucina cū quibuſdā clericis noctu ſepeliuit in arenario predij ſui. Sedit annis duobꝰ diebus tribus. Sedes. xxxv. vacat.

Dionyſiꝰ alexādrie ep̄s

Dionyſius alexandrine eccleſie epiſcopus vir doctiſſimꝰ origenis magni auditor his temporibus epiſcopus deſignatus. ſedit annis. 17. hic in cypriani ⁊ affricani ſynodi dogma conſentiens de hereticis rebaptizādis plurimas miſit ep'l'as: ſed ⁊ ad fabianū papam de penitentia vnam ſcripſit ep'l'aꝫ: ⁊ ad varios alios de exilio: de mortalitate: de ſabatho: de perſecutione decij. atqꝫ duos libros aduerſus nepotē ep̄m ⁊ ad origenē magiſtrū ſuū de martyrio ⁊ alia multa.